



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Longino Megisto [et] Acesto martyribus. Cap[itulum]. xli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

afferrī: vt ei thura incenderent. Tunc sancti milites in simulachrum conspuissent: precepit eos paulinus in equuleo suspēdi: et attrahi neruis: ac fustibus cedi. Deinde circa eorū latera flammās apponi: et post hec scorpionibus macerari sub voce preconiā: ne principii precepta contēnerent. Eademq; hora paulinus oculum subito amisit: et pre dolore quasi insanēns: eos equuleo depositos in custodia mamertina vincti mandauit. Quibus lucina apostolorum discipula ministrabat. Post triduum hō paulinus arreptus a demonio expirauit. Tunc filius pomponius rem gestam cum clamore ad palatium detulisset. Frater nero iussit cesario vrbis prefecto: vt eos celerius occidi faceret. Qui fecit sanctos de custodia eijci: et foras muros via aurelia duci: atq; ambos ibidem capitibus amputari: et corpora eorum canibus derelinqui. Sed beata lucina illa noctu collegit: et in arenario iuxta locum: vbi decollati fuerant: sepe liuit. vi. nonas iulij.

De sanctis Longino Degisto et
Hecsto martyribus. Cap. xli.



Longino

megist? et ace-
stus milites a
beato paulo a-
postolo conuer-

si sunt: cum ad
decollationem
duceretur: vt supra dictus est.
iii. kalē. iulij in eius passione.

Qui iuxta quod paulus eis
imposuerat: die sequenti passionis illius ad se
pulchrum pauli uenerunt: et duos discipulos: vi-
desse ritum et lucā orantes inuenerunt: et in
eorum medio paulum stantem viderunt: quos
discipuli illi videntes territi fugiebant: paulo
q; mor disparente: milites illi post eos clama-
bant: q; non vt eos caperent: persequebantur:
sed vt ab eis baptisimū susciperent: sequebant:
paulumq; in eorum medio se vidisse restantur.
Hec illi audientes reuerſi sunt: eosq; cum gau-
dio baptisauerūt: qui post duos dies a nerone
detenti: et pro christi nominis confessione ca-
pite cedi sunt. vi. nonas iulij.

De sanctis Aristone et Socis
martyribus. Cap. xlii.



Aristo: crescentian?

entychianus: vrbanus: vitalis: in-
stus: felicissimus: felix: maria: et
symphorosa martyres oēs apud
campaniam pro fidei veritate: et
christiani nominis assertionē glorioso marty-
rio coronati sunt. vi. nonas iulij: vt ait ado ex
hieronymi martylogio.

De translatione sancti Thome
apostoli. Cap. xliij.



Translatio corpo

ris sancti thome apostoli facta
est tempore alexandri impera-
toris. Cum enim idem impera-
tor: rediret victor: de perfide pa-
lio terre rege deuicto: suppli-
carunt ei syri: vt mitteret ad regulos indorum.
quatenus corpus beati thome redderent ciui-
bus suis. Quod idem imperator: quibus getilis:
propter viciorie tamē gloriā eisdem liberet: co-
cessit. Sicq; factū est: vt translatū esset corpus
beati apostoli de india: et positum in ciuitate
edessa in locello argēteo: quod penderet ex argē-
teis cathēnis: in qua ciuitate nullus hereticus
iudeus: vel idolozum cultor: viuere potest. Sed
nec barbari eā aliquādo inuadere potuerūt: et
quo abagarus rex ipsius vrbis epistolam manu
saluatoris scriptā accipere meruit. Si quando
gens aliqua contra eandem ciuitatē venit: die
qua lecta fuerit epistola per puerum super mu-
rum: eadem die hostes territi fugiunt: aut pa-
cati recedunt: tam saluatoris scripti: q; oratio-
ne beati thome apli. Et celebrat ipsius transla-
tionis festū. v. non. iulij. **Fertur:** q; in vigilia
festi beati thome singulis annis oi clero et po-
pulo ac peregrinis ad eius ecclesiā conuenien-
tibus celebrantur vesperae: et patefacto tumulo
sancti corporis: archiepiscopus edessen. dū inchoat
antiphonā ad magnificat. **Orthoma didyme** etc.
Palmitē aridum vitis ponit in manu apostoli:
et completis vesperis clauditur sepulchrum.
Hanc autem iterum omnibus cōcurrentibus
apertoq; tumulo inuenitur palmes in naturali
viriditate produxisse racemū vne diuinitus: de
quo tantum vini liquatur in calice: q; ea die ar-
chiepiscopus ex in ipso cōficit sanguinem iesu
christi. Hoc audiui a fide dignis.

De sancto gregorio episcopo neo-
cesariē. Cap. xliij.



Regori? neo

cesariē pōti ep̄s alio
noie primo vocatus
theodorus: origenis discipu-
lus tēporibus valeriani et ga-
liteni imperatorum doctrina
clara mirificis refulsit. Si-
gna quoq; et miracula de eo
cauz laude ecclesie perhibent.

Cum enim pro captura piscium stagni com-
munitis: germani duo ad inulcem armis et effu-
sione sanguinis decertarent: orante gregorio:
aqua stagni repēte abso:pta arentē campū fru-
gibus copiosum: ac vrillozem germanis tam cō-
corditer diuidendū dereliquit. Tertiū dū eccle-
sia in quodā loco artissimo inter montem et flu-
uium posita constructi deberet: et spatium suffi-
ciens non esset: ip̄o sancto in orationibus perno-